



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 242. Quid notandum sit circa vigiliam S. Matthiæ & S. Joannis: item circa abstinentiam festo S. Marci.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

post 8. dies velit aliò proficisci , ubi tum priùs erit dies Cinerum , tenetur hìc jejunare , quia lex nunc hìc obligat , & ipse est hìc subditus , ergo tenetur lege . Si dicas , deo obligari pro nunc , quia postea observabit , sicuti quia serò audiam Missam , non obligor audire manè . Contrà est , nam non obligor determinatè manè vel determinatè serò audire Missam , sed hoc per Ecclesiam relictum est meæ libertati : E contrà ostendi non potest , cur & unde mihi libertas esset jejunandi , ubi vellem , & me hìc eximendi à lege nunc obligante . Si tamen jejunaverim hìc per 8. illos dies , non tenebor ibi prosequi nisi alios 32. , quorum ultimus respondeat nostro Paschiati , quia tum absolveto Quadragesimam .

*Q. 242. Quid notandum fit circa vigiliam S. Matthiæ vel S. Joannis :* item circa abstinentiam festo S. Marci . *R.* Justa causa est , cur Episcopus dispenset ad vitanda scandala & peccata populi , si vigilia S. Matthiæ incidat in unum diem è Bacchanalibus , ita Laym . l . 4 t . 8 . c . 3 . n . 8 . Castrop . t . 25 . p . 2 . § . 5 . n . 12 . Gob . & alii : Nec dissentit Dian . p . 3 . t . 6 . R . 66 . , quamvis p . 10 . t . 16 . R . 7 . afferat Gav . & Leand . in contrarium . Si autem festum S. Matthiæ incidat in diem Cinerum , statutum est in Diœcesi Coloniensi , Monasteriensi , Viennensi aliisque , auctoritate Ordinarii , ut jejunium etiam à Religiosis anticipetur in priore Sabbatho , ( : & idem est , si festum incidat in diem Martis : ) festum autem in foro observetur in die Cinerum , & in choro postridie : Vigilia autem S. Matthiæ manet affixa suæ diei , quia non est causa hanc transferendi , & ab ea separari potest jejunium . *Gav.* in Rub . brev . f . 3 . c . 7 . n . 3 . Quòd si festum S. Matthiæ incidat in diem Veneris ante quinquagesimam , Agenda

Eee 5

Mona-

Monasteriensis sub Ernesto edita anno 1592. statuebat, ut jejunium servaretur ipso festo S. Matthiae, scilicet die Veneris, sed usus iste exolevit, & alia editiones Agendæ id non habent, hinc anno 1702., quando casus iste erat, observatum est ab omnibus jejunium die Jovis, secundum morem universalis Ecclesiæ. Quod dictum est de jejunio transferendo, si vigilia incidat in unum diem à Bacchanalibus, admittunt alii cum Gav., etiam si incidat in diem v.g Patroni vel omnino solennem. Per Bullam Urb. VIII datam 13. Oct. 1638. statuitur, ut si festum Corporis Christi incidat in Vigiliam S. Joan. Baptistæ, jejunium sit pridie festi Corporis Christi: & eo anno nihil sit de Vigilia, ita Mothier in Ordine Div. Off. pro anno 1707. Idem statuit Leo X., teste Nar. in Man. c. 21. n. 11. De abstinentia festo S. Marci, videri debent dicenda l. 4. n. 1291.

**Q. 243.** Ad quæ jejunia teneantur Religiosi. **R.**  
**1274** §. 1. Tenentur ad ecclesiastica juris communis, uti per se patet; non tenentur autem ad ea, quæ sunt speciali consuetudine vel voto oppidanorum, apud quos resident, inducta, quia non consentur pars Communitatis profanæ, ita Dian. p. 9.t.7.R.14., qui tamen p.1.t.9.R.36. dixerat obligari generali consuetudine recepta in aliqua civitate. Neque Religiosi Exempti tenentur ad illa, quæ à locorum Ordinariis inducuntur, quamvis jure novo teneantur observare festa Diocesana & cessationem à divinis tempore interdicti, ita Sanch. in Conf. l. 5. c. 1. dub. 1. & c. 9. dub. 1. Bonac. de præcept. Eccles. d. ult. q. 1. p. 6. n. 5. Castrop. de Legibus d. 1. p. 24. §. 6. n. 11. aliisque communiter cum Dian. p. 1. t. 9. R. 36. & p. 10. t. 11. R. 36. contra Villal. & alios.

§. 2.